

PRAELECTIONES ACADEMICAS

HYBERNAS

RECTOR

D. IOAN. CHRISTOPH.
KOCH

IVR. PROF. ORD. ACAD. SYND. CONSIL. AVL. HASS.
COM. PAL. CAES.

VNA CVM VNIVERSO

SENATV. ACADEMICO
INDICIT


EASQVE SEDVLITATI

CIVIVM ACADEMIAE
TAM GENERE QVAM VIRTUTE NOBILISSIMORVM
RITE COMMENDAT

P. P. VIII. SEPTEMBR. CIƆ 10CC LXV.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI

GESSAE,
EX OFFICINA BRAVNIA.



In Facultate Theologica.

D. REINH. HENR. ROLLIUS,

Academie Senior.

Lectiones publicas, easque Polemicas, in *Syllogen controversiarum* summi Ecclesiæ nostræ Theologi, D. Jo. Fechtii, præterlapsò quidem semestri continuavit, sed ob varia impedimenta absolvere non potuit. Hoc ipso vero, quod nunc bono cum Deo ingredimur, semestri eo allaborabit, ut ad finem optatum feliciter eadem perducantur. Et ut eo major ad lectissimos commilitones redundet utilitas, separatis quibusdam horis, uti nuper promisit, *exercitium disputatorium* in eandem *Syllogen* instituet. Privatim lectiones in *Augustanam Confessionem ejusque Apologiam*, nuper itidem promissas, inchoabit, præmissaque utriusque historia singulorum articulorum analysin & exegesin propinabit, dubiaque iisdem a recentioribus quibusdam opposita resolvet.

D. 10.

D. IO. HERM. BENNER

b. a. Decanus.

*Publice, ius sacrum, finita in epistolam ad Thessaloni-
censes exegesi; priuatim, theologiam dogmaticam, in-
tra anni spatium pro more absoluendam, exponet.
Theologiam pastorali volentibus tradet.*

D. IO. STEPH. MÜLLER

*Finitis praelectionibus dogmatico-polemicis, quas, duce
suo, GVNNERO, habuit, illas iterum cum Deo
auspicatur. In Theologia morali ad finem pergit. Utque
non tantum exerceat suos auditores in rebus diuinis, sed
etiam, quid profecerint, quacumque cognoscat ratione;
quem ad modum iuréconsulti solent, sic quoddam relatori-
um etiam in Theologicis habebit. Referent autem ex éphe-
meridibus eruditorum auditores ipsi de rebus diuinis.*

In Facultate Iuridica.

D. FRANCISCVS IVSTVS KORTHOLT

Academiae Procancellarius.

*Praelectiones in ius publicum ad finem perducet. Ius
Germanicum priuatum & ius feudale de integro ex-
plicandum resumet, iis quoque, qui principia proces-
sus summorum imperii tribunalium addiscere cupiunt,
non defuturus.*

D.

D. IO. CHRISTOPH. KOCH

Jus naturae, Institutiones iuris civilis, Digesta & ius criminale docebit. Ius canonicum elapso semestri absolvit. Nec dererit iis, qui STRV VII iurisprudent. forens. explicacionem desiderabunt.

In Facultate Medica.

D. IO. WILH. BAVMER,

Medic. Prof. primar.

Hor. VIII. eadem, quam haetenus praestitit, industria praelectiones chemicas publice continuabit, easque proximis sex mensibus ad finem perducet. Hor. X. illis, quae Cel. Boerhaue de morbis eorumque curationibus generatim, & de corporis humani vitiis speciatim praecepit, propediem absolutis, ad morbos internos priuatim explicandos, sese accinget. Hor. XI. Disciplinas, quae de mineris e terrae visceribus artificiose eruendis iisque fundendis nos docent, opera priuatissima tradet.

D. GEORG. LVD. ALEFEILD

Cel. ROEDERERI elementa artis obstetriciae atque PLATNERI *institutiones chirurgiae* explicabit. Qui artem construendi & adplicandi fascias chirurgicas discere cupiunt, h[ab]is operam suam offert, nec, data occasione, labores anatomicos negliget. In



In Facultate Philosophica.

ERNESTVS THOM,

professor philosophiae actiuae.

Exponet ius naturae Wolfii, doctrinam Thümmigii de moribus & de ciuitate, rerumque oeconomicarum institutiones Dithmari, quas Schreberus edendas curauit.

ANDREAS BOEHM,

Log. Metaph. & Mathem. P. P. O.

Praelectionibus logicis, metaphysicis, mathematicis tum continuandis tum denuo inchoandis diligentia & tempore consuetis vacabit.

D. LVD. GODOF. MOGEN,

Prof. Histor. Ordinar. Ordinis Philos. h. t. Decanus.

Publice praeleget praemonenda historiae Germaniae, ut & ipsam historiam Germaniae antiquae, ad se- riem des Grundrisses der Historie des alten Teutschlands, nebst einer Vorbereitung zu der Reichs-Historie, qui libel- lis ipsis his nundinis Francofurtanis ex officina Andre- aeiana in vulgus editur. Priuatim tradet historiam Germanici Regni, praeente SCHMAVSSIO. Explica- bit etiam, pro more suo, Excellentissimi ACHENWALLI historiam statuum Europæ. Offert præterea desideran- tibus collegium antiquario-statisticum ad librum pseu- dony.

7

donymum, nuperrime editum, qui inscriptus est:
GERMANN VON CLODWIGS Gedanken von den über-
mächtigen Reichen älterer Zeiten, und von der heutigen
Universal-Monarchie des Hauses Bourbon.

D. IO. GEORG. BECHTOLD,
vtriusque eloquentiae P. P. O. & alumn.
Principis Ephorus.

Privatim HEINECCII fundamenta stili de integro sibi
resumet explicanda; *praecepta oratoria* tradet prae-
eunte b. CAR. GOTTH. MÜLLERO in der Weisheit
des Redners, qui in his suam iam diligentiam exer-
cuerunt, iis summe venerandi BENNERI *theses homile-*
ticas interpretabitur; *disputationes privatas* haec tenus con-
suetas moderari perget; privatissimum in Poësi tam *Latina*,
quam *Germanica* collegium aperiet; publicé die Iovis &
Veneris ideas *orationum*, præsertim *Germanicarum*, aû-
ditoribus suis ad exercitia sollemnia proponet; nec, si;
qui plura ab ipso desiderent, fuerint, muneri suo deerit.

D. GEORG. LVD. ALEFFELD
Physicam dogmaticam experimentis illustrabit.

IQ.



IOH. GEORG. HOFMANN

SS. Tb. D. LL. OO. PP. O.

*Publige in explicando Herodiano perget; & priuatim,
quae ad discendas linguas orientales spectant, ita
tradet, ut vitae potius, quam scholae, discantur. Ex-
plicabit Praecepta sua Grammatica eo modo, ut intra
semestre analysin simul vniuersam auditores discant;
accentuum doctrinam proponet iunctam principiis Chal-
daismi & Syriasmi; si qui sunt, qui ultra primas do-
ctrinae hebraicae lineas progredi optant, Jeremiae illis
vaticinia enucleabit; nec operam suam denegabit, pe-
tentibus lectiones arabicas, rabbinicas; vel flagitanti-
bus scholas priuatissimas.*

*Praeter ista, Generosissimis Nobilissimisque Ciuiibus de-
luculenta equitandi pugnandi gladio, saltandi palae-
stra Gallica item & Italicae linguae scholis, per magistros
earum peritissimos, publice constitutos, abunde
prospectum est.*

